ERSTE ABTEILUNG
FÜR CLASSISCHE PHILOLOGIE

HERAUSGEGEBEN VON ALFRED FLECKEISEN.

45.
EMENDATIONUM ARISTOPHANEARUM DECAS ALTERA ET TERTIA.

(cf. annalem 1876 p. 33—48.)

XI. Equitum 546

αἴρεcθ' αὐτῷ πολὺ τὸ ῥόθιον, παραπέμψατ' ἐφ' ἕνδεκα κώπαις,
θόρυβον χρηςτὸν ληναΐτην.

obscurissimam esse huius loci sententiam iure Kockius dicit, nec videtur fore qui ab omni parte sanum esse priorem versum affirmare velit. et Meinekius quidem haec se intellecturum dicit, si pro ἕνδεκα scriptum sit ἐννέα (παραπέμψατέ τ' ἐννέα), quo numero passim ad multitudinem aliquam incertam indicandam Graeci utantur. nihil tamen inde proficitur ad universam sententiam illustrandam, nec laudem qui eo modo recedere voluerit a librorum omnium scriptura, quam firmant etiam scholia, item Suidas I 1 p. 638 et I 2 p. 672 et Eustathius ad Od. p. 1540, 45. utilissima autem ad locum expediendum scholiastae adnotatio est: ῥόθιον τὸ κῦμα ἀπὸ τοῦ ταχέωc θεῖν ἢ ῥεῖν. ἀπὸ τῶν ἐρεccόντων μετήνεγκεν, ὅταν cυνεχῶc ὑπὸ πολλῶν ἐρετῶν ἐπὶ πλέον προέρχηται ἡ ναῦc εἰc τὸ πρόcθεν. — ἕνδεκα κώπαιc] κέλευcμα ναυτικὸν λέγεται ἐφ' ἕνδεκα κωπηλαcίαιc ἐκτεινομένη. quae adhibito Eustathii loco supra indicato (ἐλέγετο δὲ ῥοθιάζειν καὶ ὅτε οἱ ναῦται ἐπὶ κώπαιc δέκα τυχὸν ἢ καὶ πλείοcι παίοντεc, εἶτα ἅμα παυcάμενοι, ὡc ἐκ cυνθήματοc ἅπαξ ἀνεφώνουν) erudite Leutschius explanavit in philol. XI p. 722 sqq. unde didicimus in quavis triremi fuisse κελευcτήν, qui κελεύcμαcι suis cum alias regeret remiges, tum si quando opus esse videretur imperaret ut celeriter undecim continuos remorum pulsus facerent. haec quin in universum vera sint nemo dubitaverit. sed illud scire velim a Leutschio non indicatum, cur ὁ κελευcτήc iubens ἐφ' ἕνδεκα κώπαιc undecim maxime pulsus

fieri iusserit, non pauciores aut plures. nam isto numero Graeci non solent incertam aliquam multitudinem indicare. atque de isto quidem numero cur dubitemus eo maior causa est, cum non lateat cur poeta hac imagine a remigibus petita uti hic voluerit. aperte enim Aristophanes de plausu cogitat, quo spectatores collisis decem manuum digitis poetam prosequi iubet. hoc adeo manifestum est, ut HDiels in Museo Rhen. XXX p. 136 sq. quacumque fieri posset ratione numerum denarium restituendum esse putaret. sed is dum commendat παραπέμψαντες δέκα κώπαις, nimis contemptui habebat librorum et grammaticorum auctoritatem, qui ἐφ᾽ ἕνδεκα κώπαις mordicus tenent. quamquam levis de isto numero dubitatio etiam Eustathii animum subiisse videtur scribentis ἐπὶ κώπαις δέκα τυχὸν ἢ καὶ πλείοσι παίοντες, qui vel sic tamen prodere videtur in libris scriptum se invenisse ἐφ᾽ ἕνδεκα κώπαις. quid igitur? nego equidem in illis verbis vel unam litteram depravatam esse, sed neglectum esse μερισμόν, qui ita instituendus erat: ἐφ᾽ ἓν δέκα κώπαις. ita iam habebimus κέλευσμα aliquod, quod ad decem digitorum plausum indicandum Aristophanes adhibere potuit, et commode accidit quod non iam cogimur ἐπὶ κώπαις coniungere, ubi quid sibi velit praepositio nec in Aristophanis loco nec in celeusmate illo quo utitur perspici licet: utrobique enim solus dativus instrumentalis rei unice accommodatus erat. putabimus igitur κέλευσμα fuisse ἐφ᾽ ἓν δέκα κώπαις (sc. ἐρέσσετε), quo pro se quisque remex admonebatur, ne remigandi intercapedinem ullam faceret nisi postquam decem continuis pulsibus mare verberasset, et ut tum demum paululum intermitteret laborem et clamorem tolleret. itaque ἐφ᾽ ἓν ad unum illud δέκα pertinet, quo indicetur decem illos pulsus tam celeriter nullaque intermissa mora faciendos esse, ut quasi in unum coniuncti decem pulsus videantur. ac ne quis dicat hanc interpretationem Graecorum consuetudine parum commendari, nos admonebimus de similibus, εἰς ἕν (Eq. 854. Lys. 585. Eccl. 674 coll. Schaefero ad Bos. p. 488 et Hermanno ad Eur. Hel. 1554), καθ᾽ ἕν (cf. Iacobsius ad Achillem Tat. p. 656) et quod in grammaticorum maxime scholis celebrabatur ὑφ᾽ ἕν, tum de ἐπὶ πολύ, ἐπὶ μέγα, ἐπὶ βραχύ, ἐπ᾽ ὀλίγον, operaeque pretium est etiam ἐφ᾽ ἅπαξ (*auf einmal*: cf. Lobeckius ad Phryn. p. 47) commemorare, quod sententia sua proxime ad nostrum illud ἐφ᾽ ἓν accedere putaverim. praeterea in ipso illo celeusmate audiebatur sine dubio vox κῶπαι, non κωπηλασίαι, quod scholiasta habet usus interpretatione minime inepta aut longius arcessita. nam Graecis non inusitatum erat, si una aliqua re saepius deinceps uterentur, tot dicere eas res, quot erant unius rei usus. ita Homerus β 151 de aquilis duabus, quibus, si quis hoc forte nesciat, binae cuique alae sunt, dixit τιναξάσθην πτέρα πολλά, quod ab novissimis editoribus spretum similibus firmavi exemplis ad Callimachi hymnum III 251. quocum convenit quod in Eur. Hel. 679 Menelaus ἡλίους μυρίους διελθών dicit tot intellegens dies, quot fuerant solis ortus occasus-

que, atque eadem ratione Vergilius in Aen. III 203 cecinit: *tris adeo incertos caeca caligine s o l i s erramus pelago, totidem sine sidere noctes*, et Euripides dicens Alc. 431 ϲελήναϲ δώδεκα, Hel. 114 πολλὰϲ ϲελήναϲ tot significavit m e n s e s, quoteni erant accessus recessusque lunae, ut nostrates quoque in sublimiore dicendi genere vulgari *monate* praeferunt *monde*. non mirum igitur erat vel in plebeio sermone, si quis remigem navis quemque unum suum remum deciens in mare inmittere iussurus imperaret ut decem quisque remis uteretur. apparet autem remigibus ἐφ' ἓν δέκα κώπαιϲ navem propellere iussis fuisse solito celerius intentis viribus remigandum (ut plausus quoque non fiunt nisi celeriter manibus collisis), unde fortasse corruptis scholiastae verbis κέλευϲμα ναυτικὸν λέγεται ἐφ' ἕνδεκα κωπηλαϲίαιϲ ἐκτεινομένη, quibus non succurrit Suidas ll. ll., Leutschius autem l. l. ita succurrendum putabat, ut scriberet . . λέγεται ε ἰ ρ ε ϲ ί α ἡ ἐφ' ἕνδεκα κωπηλαϲίαιϲ ἐκτεινομένη, emendatio est petenda, quae sic fieri videtur facillime, ut scribatur κέλευϲμα . . ἐ κ τ ε ῖ ν ο ν μ έ ν η i. e. *extendens vires* (remigum). sed ad ipsius Aristophanis locum ut redeam, etsi de verbi παραπέμψατε significatione dubitari possit, nolim tamen quemquam ex Suidae verbis I 1 p. 638 (ἀποπέμψατ' ἐφ' ἕνδεκα κώπαιϲ eqs.) colligere aliud olim hic verbum lectum fuisse. ubi in ipso lemmate positum ἀ π ο πέμψατε possit cuipiam diversa scriptura videri pro παραπέμψατε. at illud cum metrum non admittat, veri simile est Suidam vel in scholiis hoc invenisse, quae interpretatio esset, vel in codicem fabulae incidisse, in quo non raro erroris genere (cf. Bastii comm. palaeogr. p. 831 et vv. ll. in Pluti v. 596) παρ- erat in ἀπ- depravatum. sed tametsi frequentius in hac re simplici verbo usi Graeci dicebant πέμπειν ἔπη, ῥήματα, ἰακχήν, φθέγμα, μύθουϲ, notum tamen Sophoclis illud in Philoct. 1459 πολλὰ δὲ φωνῆϲ τῆϲ ἡμετέραϲ Ἑρμαῖον ὄροϲ π α ρ ε π έ μ ψ ε ν ἐμοὶ ϲτόνον ἀντίτυπον, ubi praepositionis vis eadem est atque quando παριόντεϲ dicuntur qui ad orandum praeter auditorum sedes prodeunt in suggestum, et ipse Aristophanes in Tagenistarum fr. 16 dixit φέρε παῖ . . ὕδωρ παράπεμπε τὸ (τε?) χειρόμακτρον. quamquam fuisse scio qui παραπέμψατε intellegi vellent de d e d u c e n d o poeta, quod statuerint necesse est ii omnes qui cum Dindorfio commate post κώπαιϲ distinxerunt, quo facto non intellego unde sequentes accusativos pendere voluerint. nam dativis opus erat ut Ran. 1526 προπέμπετε τοῖϲιν τούτου τοῦτον μέλεϲιν καὶ μολπαῖϲιν κελαδοῦντεϲ. iam nihil restat nisi ut more meo ad loci sententiam brevissime indicandam chorum utentem faciam patrio meo sermone:

erhebet ihm jetzt hoch beifallgewog' und 'mit ruderschlag,
zehnmal in éinem'
entsendet ein tüchtig Lenäengeklatsch!

atque hic quidem usi sumus emendandi genere, quo nullum facilius esse nemo negaverit, videturque idem genus etiam aliis Aristophanis locis profuturum esse, velut

XII. Lysistratae 1249

ὅρμαον
τοῖς κυρσανίοις, ὦ Μναμόνα,
τὰν τεὰν μῶαν, ἅτις eqs.

librorum omnium scriptura videtur esse τὼς κυρσανίως, etiam Ravennatis, cuius scholiasta quoque accusativos agnoscit interpretans ἀντὶ τοῦ μέλλοντας ὀρχεῖσθαι. nam quod Engerus affirmat scholiastam legisse dativum, dum explicat ὅρμησον τῷ ἐφήβῳ τὴν σὴν μοῦσαν, sine causa hanc inconstantiam scholiastae tribuit, qui altero loco nihil nisi interpretem agit. quoniam enim Aristophanem credibile est dixisse: *excita et iuvenes* (ad saltandum) *et musam tuam* (ad saltandi modos illis indicandos), recte scholiasta interpretari poterat: *iuveni* (sic) *tuam musam excita*, figuram illam adhibitam putans quam ἓν διὰ δυοῖν vocant, et dum singulari (ἐφήβῳ) utitur, interpretem, non criticum prae se ferens. quod si mutatio Meinekii (nam ab hoc Dindorfius suum illud τοῖς κυρσανίοις sumpsisse videtur) certe a scholiasta probabilitatis speciem non habet tenerique debet accusativus τὼς κυρσανίως, videamus quid de copula omissa statuendum sit. quam a librariis male omissam esse etsi persuasum nobis est cum Engero Bergkio Westphalo (de re metrica Graec. II[2] p. 582), tamen non probamus quod peiorum librorum scripturam τάν τ᾿ ἐμάν amplexi aut hoc dederunt integrum aut, ut Engerus fecit, τὰν ἐμάν τε correxerunt spreta Ravennatis scriptura quae est τὰν τεὰν μῶαν. at tamen ex hac videtur sine ulla litterarum mutatione verum restitui posse, dum modo concedatur litteras ita disiungendas esse: τάν τε ἂν μῶαν vel τάν τε Fὰν μῶαν. nam pronomen possessivum tertiae personae ὅς digamma apud Dores habebat (cf. Ahrensius de dial. Dor. p. 262), quo etiam Alcman Laco utebatur fr. 99 τὰ Fὰ κάδεα. statui autem pronomen tertiae personae esse pro secundae (ut apud Homerum α 402 κτήματα δ᾿ αὐτὸς ἔχοις καὶ δώμασιν οἷσιν ἀνάσσοις et Hesiodum op. et d. 381 σοὶ δ᾿ εἰ πλούτου θυμὸς ἐέλδεται ἐν φρεσὶν ᾗσιν coll. Moscho IV 77 μηδέν σε χερειότερον φρεσὶν ᾗσιν στέργειν. auct. Batrachom. 23. Theocrito XVII 50 et vv. ll. ad X 2. XXIV 36. Callim. III 123. fr. 566. Apollonio Rhodio II 634. III 140. 511. 1041. Diotim. in anth. Pal. VI 267. VIII 92. anonymo ibid. XI 297, 4), non quo alteri pronomini alterum Graecos substituisse credam, sed quia quod postea pronomen possessivum tertiae personae fuit, ab initio certam personam non significabat, sed demonstrativum fuit, ut de prima quoque et secunda persona dici posset (cf. Schoemannus de partibus orationis p. 96 coll. p. 109) nihilque nisi quod *proprium* esset alicui significaret (cf. Vossius ad hy. Hom. in Cer. p. 49. Wolfii proleg. ad Hom. p. CCXLIX adn. 23 extr.), quem admodum nos dicimus *frage das eigene herz* (i. e. *dein*). hanc autem pronominum possessivorum confusionem (liceat enim sic appellare cum grammaticis veteribus) ab Atticorum quidem sermone abhorruisse constat, nisi quod hi quoque ἑαυτοῦ dixerunt pro ἐμαυτοῦ et σαυτοῦ. at a Laconum ser-

mone, quem hic habemus, non alienam fuisse inde patet, quod Apollonius Dyscolus de pron. p. 139 eiusdem ἀκαταλληλότητοϲ reum dicit etiam Alcmanem ita locutum: ὑμέ τε καὶ ϲφετέρωϲ ἵππωϲ (fr. 3) et ϲφεὰ δὲ προτὶ γούνατα πίπτω (fr. 30) pro ϲφωϊτέρωϲ et τεά, ut ϲφέτεροϲ est *vester* etiam apud Hesiodum op. et d. 2. Theocritum XX 67. Apollonium Rhod. IV 1327. Quintum Smyrn. VII 92, ϲφόϲ autem *tuus* in Orphicis lith. 166.

Sed qui Aristophanis verba interdum corruperunt scribae coniungentes quae separanda erant, iidem alibi a vero aberrarunt disiungentes quae coniuncte scribi oportebat. luculentissimum eius rei exemplum habemus in

XIII. Equitum v. 26

ὥϲπερ δεφόμενοϲ νῦν ἀτρέμα πρῶτον λέγε
τὸ μόλωμεν, εἶτα δ᾽ αὐτό, κατεπάγων πυκνόν.
ΔΗ. μόλωμεν αὐτὸ μόλωμεν αὐτομολῶμεν. ΝΙ. ἤν,
οὐχ ἡδύ;

aperte vitiosa oratio est. quo modo enim Nicias, dum Demosthenem iubet μόλωμεν et tum αὐτό primum tardius eloqui, addere potuit κατεπάγων πυκνόν praesenti tempore usus tamquam in eadem τοῦ ἀτρέμα λέγειν actione? ita aperte sibi contradiceret Nicias, quod ne facere videretur primi effecerunt coniectura si qua umquam fuit certissima Engerus in hoc ann. 1854 p. 356 et Meinekius Vind. p. 50, quam iure receperunt Kockius et Velsenus, κᾆτ᾽ ἐπάγων πυκνόν, sc. λέγε. sed restat aliud vitium nondum a quoquam quod sciam deprehensum. nam nemo facile perspiciat cur Demosthenes Niciae prius praeceptum secutus μολωμεν αὐτο dixerit divisim, sed post repetitum μολωμεν item pausam faciat, quod iussus non erat. immo dixit

μολωμεν αὐτο μολωμεναυτομολωμεν — ΝΙ. ἤν,
οὐχ ἡδύ;

sine dubio saepius Demosthenes hoc repetitionis genere usurus erat (aliter enim cur in μολωμεν desierit, non in αὐτο?), nisi repetitionem Nicias interrupisset, qui tunc iam a Demosthene clare pronuntiatum audiverat quod audiri volebat vocem αὐτομολῶμεν. itaque etiam aposiopesis signum addidi, simul autem accentus omisi, etiam in fine, ubi Kockius retinuit sine iusta causa. nam accentu, quo vox fiebat ille syllabarum complexus, elatam syllabam λω spectatores audire sibi videbantur, quae elata erat ictu versus.

Aliud eiusdem vitii exemplum habemus

XIV. Equitum v. 89

ἄληθεϲ, οὗτοϲ; κρουνοχυτρολήραιοϲ εἶ.

sic ab omnibus nunc editur e duobus codicibus *Γ* et *Θ*, in quibus secunda demum manus paenultimae versus syllabae superscripsit οϲ: nam a prima manu habent -λήραιον εἶ cum reliquis libris omnibus, item cum scholiasta ad h. l. et Suida II 1 p. 417 et quem Dindorfius addit schol. Demosth. vol. VIII p. 133. sed praeter neutrum genus

alia quoque dubitatio est. recte enim Meinekius Vind. p. 52 docere videtur a λῆρος adiectivum fingi non posse. nam qualia multa eius modi leguntur, ἀκραῖος, ἰσαῖος, λαθραῖος sim. (cf. Lobeckii paralip. p. 319 et elem. I p. 410), ea ab adiectivis descendunt omnia. nec sententia totius vocis quae sit ab omni parte perspici potest. nam etsi concedendum est recte explicare scholiastam ἀντὶ τοῦ φλύαρος εἶ, tamen in iis quibus hanc interpretationem probare studebat (κρουνὸς γὰρ τὸ χύδην καὶ ἀκρίτως καὶ ἀθρόως ῥέον. λῆρον [λῆρος?] δὲ τὸ μάταιον) nomen χύτραν plane omisit, quod vix aliter fieri potuit nisi quod χυτρο non legebat. sed qui sane legebat alius scholiasta huic voci satisfacere studuit interpretatione longe ineptissima: συνέθηκεν οὖν ἀπὸ τοῦ κρουνοῦ καὶ τοῦ ληρεῖν, καὶ τῆς χύτρας, ἀναισθήτου οὔσης, ἵνα τὸ ὅλον δηλώσῃ τὸν ἀναίσθητον καὶ ἀνόητον καὶ περιττολόγον. nec plus proficiunt qui hodie voci χυτρο satisfacere student vertendo *wasserkrugphilister* vel *wasserkrukenhaselant*: nam ista vox non significat *kruke* vel *krug*, sed *kochkessel*, cui per se nec cum κρουνός nec cum λῆρος quicquam rei est. at priorem scholiastam si κρουνοχυτο- legisse statueris, facillime intelleges cur suo illo interpretationis genere usus sit. nam voci χυτο plenissime satisfactum vocibus χύδην . . ῥέον. sed in nomine χυτρο non offendentes critici reliquam potius nominis partem coniecturis infestarunt, Bentleius -λήραιον εἶ vel -λήμαιον εἶ, Bergkius -λημαῖος εἶ, Meinekius -λήναιον εἶ, Kockius -λήρων γέμεις, Velsenus -λήρους φιλεῖς conicientes. verum enim vero voce χυτο in verborum ordinem recepta nisi egregie fallor ne una quidem littera mutanda est, dum modo coniunctim omnia scribantur:

ἄληθες, οὗτος; κρουνοχυτοληραιονεῖ;

in hac enim compositione nihil videtur inesse, quin firmari vel certe excusari possit. primum enim non iam opus est ut adiectivum ληραῖος agnoscamus, sed licebit intellegere substantivum λῆρος et verbum αἰονᾶν, quod cum compositis suis et derivatis (ἐξαιονᾶν, ἐπαιονᾶν, καταιονᾶν, αἰόνημα, αἰόνησις) satis usitatum est medicis (cf. Stephani Thes. s. vv. et Etym. m. p. 348, 26 coll. Zonara s. v. et Polluce onom. IV 180). quamquam ex Attico aliquo scriptore nondum prolata vox est. at non plane inauditum in Attica vocabulum fuisse neque ab Aristophane prorsus repellendum non tam colligo ex verbis Etym. m. p. 422, 54 αἰονήματα δὲ τὰ καταντλήματά φασιν οἱ Ἀττικοί (facile enim concedo Gaisfordo ex altero Etymologi loco coll. Gudiano p. 238 restituendum esse οἱ ἰατροί), quam certo scio ex Moeridis verbis p. 73 αἰονᾶν Ἀττικῶς, καταντλεῖν Ἑλληνικῶς. nam temerarius fuerit, si quis statuere velit capitalem errorem Moerin commisisse. quid enim impedit quominus statuamus eum aliquotiens αἰονᾶν in Atticorum libris legisse talibus locis, ubi rem aliquam tractantes, quae ad artem medicam pertinebat, ipsum quoque artis vocabulum adhibuerint? ita fecit certe Cassius Dio LV 17 οἱ ἰατροὶ . . τὰς καύσεις . . τοῖς αἰονήμασι μαλ-

θάccοντες θεραπεύουcι, eodemque modo etiam in Atticam intrasse vocabulum crediderim et arte sua defensum mox altius radices egisse, ut Aristophanes quoque non indignum haberet quo uteretur, qui in ipsa hac fabula v. 1150 item καταμηλῶν debet medicorum arti. nec vereor equidem fateri ἐξηονήθην, quod Etym. m. p. 348, 24 profert, videri mihi ex comici alicuius trimetro desumptum esse. hanc autem formam Stephanus Thes. vol. III p. 1216[c] ad thema ἐξαιονέω rettulit, suo quidem ille iure imperans: nam Etymologi locus non minus quam veterum consuetudo ἐξαιονᾶν flagitabat. quamquam autem in libris αἰονέω, καταιονέω tam legitur saepe (cf. Stephanus et Dindorfius in Thes. Par. I p. 1019[d], Koenius ad Greg. Cor. p. 97, Iacobsius ad Aeliani var. hist. II 43, MSchmidtius ad Hesychii II p. 424), vix ut possit errore natum videri, tamen in compositione, qualem hic habemus, vel flagitat sermonis lex verbum in -έω, quem admodum θηρᾶν quidem habemus, sed λαγοθηρεῖν in Ar. Lys. 789 legimus, etsi in talibus et libri saepe nutant et vero etiam usus (cf. Lobeckii Rhem. p. 170). — Postremo dicendum de significatione verbi, quod plerique explicant καταντλεῖν (cf. Etym. m. p. 37, 28. 348, 24. Hesychium I p. 83. II p. 284, 55 et p. 424. Photii lex. s. v., Erotianum: αἰόνηcιc· κατάντληcιc. Βακχεῖοc δέ φηcι πρόcκλυcιc), quidam etiam καταχεῖν (Etym. m. p. 37, 28), λούειν (Etym. m. l. l. Hesych. I p. 83 schol. Nic. alex. 463), cμήχειν (Hesych. l. l.), καταβρέχειν (Etym. m. p. 422, 55), βρέχειν et ἀλείφειν (Phot. l. l.), de quibus interpretationibus non sinit dubitari verbi origo, quod cum αἴνειν (i. e. διαίνειν) cohaeret (cf. Lobeckii Rhem. p. 124). eius igitur verbi hic habemus passivum vel medium, nihilque iam concedi mihi cupio nisi hoc, etiam de potu dici potuisse αἰονᾶcθαι, ut Latinum *madere* (*madidum esse*) et Graecorum βρέχεcθαι, quod cum alibi ita usurpatum habemus tum in fr. inc. Eubuli 5 (Com. III p. 263): Cίκων ἐγὼ | βεβρεγμένοc ἥκω καὶ κεκωθωνιcμένοc | Μενδαίου. quo concesso totius vocis haec interpretatio erit: αἰονᾷ (*inebriaris*), ὥcτε cε ληρεῖν ἴcον τοῖc κρουνοῦ χύμαcιν; vel ut hic quoque patrio sermone utar:

he, wirklich? zum quellguszschwatzbetrunknen wirst du wol?

comparo Av. 1047 ἄληθεc, οὗτοc; ἔτι γὰρ ἐνταῦθ' ἦcθα cύ; ad mutandum autem vocabulum invitare poterat librarios versus Ran. 496 ἀφοβόcπλαγχνοc εἶ, et ipsius huius fabulae v. 276 τήνελλοc εἶ, ubi tamen Meinekius Anal. p. 54 item coniunctim scribere malebat τηνελλάcει, qua coniectura non magis opus est quam Kockii τήνελλά coι. nam nec per se improbabile est poetam ab interiectione τήνελλα, quae victoribus acclamari solebat, substantivum fecisse quod significaret *victorem*, ut εὔιοc et ἰήιοc vocabantur ii quibus acclamari solebat εὐοῖ et ἰή, i. e. Bacchus et Apollo, nec qui mutabant vocem memores erant Hesychii IV p. 153 τήνεβλοc· ἐφύμνιον, ἀφ' οὗ ὁ νικῶν τήνεβλοc, qui locus vel Ribbeckium fugit eius modi testimonia laudabili diligentia conquirentem. nam sine dubio ad

hunc ipsum Equitum locum Hesychius respexit, quem quivis concedet sic emendandum esse: τήνελλα· ἐφύμνιον, ἀφ᾽ οὗ ὁ νικῶν τήνελλος.

Iuvat autem alios quosdam addere Aristophanis versus, quibus μερισμός vel plane neglectus vel secus adhibitus cladem intulisse videtur. velut

XV. Equitum 707

ὡς ὀξύθυμος. φέρε τί σοι δῶ καταφαγεῖν;
ἐπὶ τῷ φάγοις ἥδιστ᾽ ἄν; ἐπὶ βαλλαντίῳ;

ubi Kockius iure ille quidem negat ἐπί τινι φαγεῖν dici posse pro φαγεῖν τι, et optime consultum loco putabat, si φάγοις in φαγών mutato corrigeretur ἥδοιτ᾽ ἄν (id ut isiciarius cum ἐπὶ τῷ iungeret et ad chorum conversus de Cleone v.707 diceret), in quo assentientes sibi habuit Engerum et Velsenum (nisi quod uterque ἥδοι᾽ ἄν malebat), sed ego non aeque facile assentiar, cum non recte hic dici videatur φαγὼν ἥδομαι, quoniam Cleon dici debebat laetari dum edebat (ἐσθίων), non postquam edit (φαγών). sed tamen Kockii dubitationem probans Meinekius Vind. p. 60 sq. certe leniorem medelam proposuit hanc: ἐπὶ τῷ φάγοις ἥσθεὶς ἄν; lenem autem medelam nemo dixerit Anzii l. l. p. 21 esse conatum, qui Cleonem putans ab isiciario cum cane mordaci comparari offa obiecta ut solemus ad placandum, dum commendat ἐπὶ τῷ δάκοις ἥκιστ᾽ ἄν; — diva critica non videtur usus esse, sed abusus. miror autem criticos quos dixi omnes a recta via aberrasse, postquam semel Brunckius ad h. l. rectissime docuit ἐπί significare *cum* (cf. *cum pane edere aliquid*) et iungi ei rei quae praeter obsonium ad edendum datur, cuius usus ipsum Aristophanem testem Brunckius fecit laudatis Pac. 123 et Ach. 835, aliique alibi testes plurimi sunt, ut Xenophon comm. III 14, 2 ἐσθίουσι πάντες ἐπὶ τῷ σίτῳ ὄψον. Aristoph. fr. inc. 75 ἐπὶ τῷ ταρίχει τὸν γέλωτα κατέδομαι. ita autem aliquanto magis lepidus isiciarii iocus est, qui ex Cleone non quaerit solum quid edendum ei det, sed etiam quid comedendum pulmentarii vice. non est igitur dubitandum quin recte cum ἐπὶ τῷ iungatur φάγοις. quamquam vel sic manebit offensio. mirumne enim est, quod isiciarius ex Cleone quaerit, quo cum pulmento cibum aliquem lubentissime edere velit, eum ipsum autem cibum non indicat? nam nisi hoc indicato cibo dici non poterat, quale pulmentum Cleon lubentissime ederet. at eius cibi mentionem nunc desideramus, ut coniectura restituenda esse videatur. sensit hoc ni fallor etiam Bergkius, qui coniecit ἐπὶ τῷ φάγοις γήτει᾽ ἄν; at quid illud sit quod Cleoni se dare ὥστε καταφαγεῖν velle isiciarius simulat, certissimum est: nam hic v. 693 veretur ne ipse ab adversario epotetur (καταπινόμενός με), ille autem apertis verbis isiciario minatur v. 698: εἰ μή σ᾽ ἐκφάγω. loquitur igitur nunc isiciarius ac si velit se ipsum tradere Cleoni edendum, ut versui 707 reddendum sit pronomen μὲ. id autem facillime fiat versu sic correcto:

ἐπὶ τῷ φάγοις ἥδιστά μ᾽; ἐπὶ βαλλαντίῳ;

ergo totius esse loci sententiam hanc putamus:

wie hitzig! sag, was geb' ich dir wol zum verschlingen hin?
mit was am liebsten äszest du mich? mit 'ner börse wol?

post v. 706 paululum subsistit quasi cogitabundus de re difficillima, tum ista profert, quibus et ad illud respondet quod prius quaerebatur, et aliud quaerit ad quod statim respondet ἐπὶ βαλλαντίῳ; monendum autem in interrogationibus optativo non necessarium esse comitem ἄν particulam, quam omissam videmus etiam Pluti 374 ποῖ τις οὖν τράποιτο; et ibd. 438 ποῖ τις φύγοι; nam qui his locis ἄν addendum autumant, vix finem inveniant addendi (cf. Stallbaumius ad Plat. Lach. p. 190[b] et Akeni *grundzüge* p. 199). si qui tamen vel sic ἄν eripi sibi noluerint, iis certe scribendum erit: ἐπὶ τῷ φάγοις μ' ἥδιστ' ἄν; — quod autem post καταφαγεῖν poeta intulit φάγοις, etsi repeti eandem notionem voluit, similiter saepe sic post verbum compositum infertur simplex, ut Hom. Ξ 453. 458 ἐπεύξατο . . εὔξατο. Eur. Alc. 400 ὑπάκουσον, ἄκουσον (cf. Pflugkius). Bionis I 1 ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις, ὤλετο καλὸς Ἄδωνις. Quinti Smyrn. II 314 ἀναχάζεο . . χάζεο. Ovidii met. IV 489 *monstris exterrita coniux, territus est Athamas.*

Aliud eiusdem corruptionis et emendationis exemplum est in

XVI. Equitum v. 1046

ἓν οὐκ ἀναδιδάσκει σε τῶν λογίων ἑκὼν
μόνον, ὃ σιδηροῦν τεῖχός ἐστι καὶ ξύλον.

μόνον ὃ Dindorfius recte dedit de suo pro ὃ μόνον, sed idem videtur non debuisse spernere et codicum RMA ἐστι τεῖχος et librorum omnium ξύλων (nam in uno codice *Γ* legitur ξύλον, cui superscriptum tamen ω et ινον). praeterea Anzium l. l. p. 25 male habebat inconcinnitas quae inest in σιδηροῦν τεῖχος καὶ ξύλων, videturque hinc iam olim factum, ut scriba codicis V adderet γρ. καὶ ξύλινον, et codicis *Γ* ultimae versus voci superscriberet ινον. ferendam autem hanc inconcinnitatem dicerem, nisi prorsus nulla vel mutata vel addita littera effici posset ut concinna esset oratio. scripsisse enim Aristophanem putamus:

μόνον, ὃ σιδηροῦ 'νέστι τεῖχος καὶ ξύλων,

quod nescio an magis placiturum sit quam quod Anzius volebat: ὃ μόνον σιδηροῦ γ' ἐστὶ τεῖχος καὶ ξύλων. in illo ἔνεστι significat *est in oraculo*, ut Av. 974. 976. 980. 989. praeter haec autem nihil in hoc versu contra librorum fidem mutandum censeo. nam quod Cobetus pro relativo ὅ necessarium putabat interrogativum ὅτι τό (μόνον substituens ultimae antecedentis versus voci ἑκών quam delevit, in quo eum secuti sunt Meinekius Ribbeckius Velsenus, nisi quod Velsenus servavit ἑκών, sed delevit μόνον), non video cur non putem nomen ad quod relativum refertur in ipsam enuntiationem relativam retractum esse pro eo quod proprie ita dici debebat: τὸ τεῖχος σιδηροῦ καὶ ξύλων, ὃ ἔνεστι (τῷ χρησμῷ). totam autem enuntiationem interrogativam poni debuisse nec suffecisse solum nomen quis

praefracte affirmaverit? an minus graecum illud sit quam hoc est germanicum:

> nur eins in dem spruche deutet er dir absichtlich nicht,
> die mauer von holz und eisen, welche vor drin kommt.

saepissime autem vox monosyllaba aphaeresis ope ad unam redacta syllabam turbas movit, postquam aphaeresis signum intercidit. ita enim residuae consonanti interitus imminebat vix evitabilis, ut factum videtur in

XVII. Ecclesiazusarum v. 800

> AN. A. οἴσουσιν, ὦ τᾶν. AN. B. ἢν δὲ μὴ κομίσωσι, τί;
> AN. A. ἀμέλει κομιοῦσιν. AN. B. ἢν δὲ κωλύσωσι, τί;

ubi κωλύσωσι Dindorfius cum Meinekio edidit ex Dobraei coniectura. libri enim habent μὴ κομίσωσι, quod quis non assentiatur criticis corruptum esse, cum sine ulla vi ab interroganti repetitum sit illud ἢν δὲ μὴ κομίσωσι, τί? nam cum alter indicasset dubitaturos esse cives bona sua in forum comportare (nam hoc est οἴσειν: cf. vv. 774. 777. 786. 804. 806), sed alter hoc affirmasset, deinde cum ille veritus esset ne in forum comportata bona etiam traderent, de quo alter non dubitare se dicit — sane ille iam novam dubitationem proferre debebat nec poterat eandem iisdem verbis repetere, certe non poterat sic, ut non adderet saltem particulam aliquam (velut ὅμως), qua causam esse indicaret cur idem denuo quaereret, nimirum quod alterius responsio (ἀμέλει κομιοῦσι) sibi non suffecisset. certissimum igitur videtur alterum μὴ κομίσωσι in v. 800 mendosum esse. at quis libenter probet Bergkii remedium, qui totum versum tamquam dittographiam aliquam e verborum ordine eliminandum censuit? quo certe modestiores Dobraeus Meinekius Dindorfius, qui ἢν δὲ κωλύσωσι, τί; scripserunt e v. 862 petitum, quod ibi quidem multo aptius positum putaverim quam hoc loco. ibi enim idem subiectum manet, hic autem illud κωλύσωσι subito de aliis cogitare cogit, qui resistant bona sua in aerarium deferre cupientibus. nisi forte de ipsis illis hominibus bona sua afferentibus cogitandum est, qui mutata sententia alios abrepta illis bona vi deferre conantes prohibeant ne hoc faciant, in qua interpretatione non minus desideramus certam aliorum mentionem. contra si iidem qui bona sua apportant novam aliquam dubitationem proferunt, haec vix iam alia potest esse quam quod non omnia quae apportaverant bona sua tradere conantur, sed partem tantum aliquam. hoc si concesseris, facillimum habebis vitii remedium. una enim repetita litterula prodibit statim quod aptissimum sit: ἢν δὲ μὴ 'κκομίσωσι, τί; quod cum reliquis sic interpretor:

> A. sie bringen's, freund! B. doch liefern sie's dort nicht ab, was dann?
> A. sorg nicht, sie thun's. B. doch liefern sie's ganz nicht ab, was dann?

cf. Av. 342 ἢν ἅπαξ γε τὠφθαλμὼ 'κκοπῇς; frequentissima autem praepositionis ἐκ in compositione ea vis est, ut significet actionem aliquam sic perfici, ut solitus modulus expleatur nec iam reliquum

sit quod porro fiat. quamquam autem verbi ἐκκομίζειν ita usurpati (*usque ad finem tradere*) prorsus simile exemplum apponere non queo, tamen in metaphorico quidem dicendi genere non aliter dictum est quod in Eur. Andr. 1268 legitur: τὸ γὰρ πεπρωμένον δεῖ σ' ἐκκομίζειν, i. e. *usque ad finem ferre fortunam.* atque non firmatum nisi uno Aristophanis loco habemus ἐξηπεροπεύειν Lys. 840, quibus conferenda ἐκκωφέω Eq. 311, ἐξανδρόω Eq. 1241, ἐξόλλυμι Pacis 366, ἐξιπόω Lys. 291, ἐξομματόω Pluti 635, alia quae cum aliis Aristophani communia sunt. quamquam si quae habet in hoc genere solitaria, non mirum hoc, cum probabile sit in sermone communi ad praesentem usum talia ficta esse, ut nos quoque in tempore dicere solemus: *lasz mich doch erst ausreden*, vel *du must mich erst aushören*, eiusdemque generis est, si quem audimus optantem: *ich möchte gern einmal so recht ausschlafen*, vel *ich möchte mich gern einmal so recht auslaufen* sim. Graeci autem in hoc genere vel hoc sibi sumpserunt, ut interdum repudiata quae vulgo sola increbuerat significatione mallent hanc solitariam viam ingredi. velut ubi Pindarus Nem. IV 100 dicit τὸ μόρσιμον Διόθεν πεπρωμένον ἐκφέρειν, non voluit sortem proferri, sed perferri.

Neglecto autem hoc usu corruptus videtur etiam

XVIII. Equitum v. 259

σκοπῶν
ὅστις αὐτῶν ὠμός ἐστιν ἢ πέπων ἢ μὴ πέπων.

ultima verba nimis patienter, si quid video, critici toleraverunt. nam ὠμός et πέπων cum sibi contraria sint quem admodum *immaturus* et *maturus*, apparet μὴ πέπων idem esse atque ὠμός, nec iam locum habere. sed qui vulgatam scripturam defendere conati tria ista interpretantur *ganz unreif*, *ganz reif*, *nicht ganz reif*, ii vim fecisse verbis videntur notionem inferentes quae non adest: *ganz.* ac sane sine illa notione cum certe ultimum adiectivum nequeat intellegi, vel coniectura inferenda est hoc modo:

ὅστις αὐτῶν ὠμός ἐστιν ἢ πέπων ἢ μὴ 'κπέπων.

non video ego quidem vocem ἐκπέπων aliunde allatam, sed tutam praestat cum verbum ἐκπεπαίνειν a Dindorfio in Thes. Paris. vol. III p. 519[d] ex Theophrasto et Geoponicis prolatum, quod significat *prorsus maturare*, tum adiectiva ἔκλεπτος, ἔκλευκος, ἔκπλεως, ἔκφαυλος, ἐξέρυθρος, ἔξυγρος, ἔξωχρος, quae omnia significant ita aliquid esse in suo genere perfectum, ut ex contrario genere plane exiisse videatur: intendit igitur in his praepositio vim simplicis. nam quod LDindorfius in Thes. Par. III p. 527[e] dicit, praepositionis vim in huius modi compositis minuentem potius quam augentem esse, ut ἔκπικρος sit *subamarus*, aperte erravit. illud enim est ὑπόπικρος, quem admodum Aristophanes habet ὑπόκωφος Eq. 43, ὑπόλισπος Eq. 1368, ὑπόμακρος Pac. 1243, ὑποπρεσβύτερος fr. Cocali 7 et alii similiter dicunt alia plurima. sed ad ἐκπέπων firmandum valet etiam ἐξώλης ἀπόλοιο Eccl. 1053. 1070. Pluti 443,

tum quod non solum verbis cum ἐκ compositis Aristophanes istam significationem tribuere solet, ut modo diximus XVII, sed etiam adverbiis, ut ἐξαρκούντως est Ran. 376 et ἐξεπίτηδες Pluti 916. quod si hoc loco poeta ἐκπέπων usus est, recte formata est sententia:

wer von ihnen unreif, wer schon reif ist, wer nicht ausgereift.

Magis autem manifesta similis vitii emendatio est in

XIX. Lysistratae v. 1042

ἀλλὰ κοινῇ ξυσταλέντες τοῦ μέλους ἀρξώμεθα.

dicit haec chori virilis dux, postquam affirmavit velle se pacem cum mulieribus agere et posthac nec ipsum se facturum mali quicquam mulieribus nec ab his se passurum esse. sed in illis verbis desidero notionem concordiae, cuius neque τὸ κοινῇ συσταλῆναι (de quo vide RArnoldtium de partibus choricis Aristoph. p. 176 et 190 coll. Vesp. 424) neque τὸ ἄρχεσθαι τοῦ μέλους per se indicium est, ut voce qua concordia significetur careri non posse videatur. nec carebimus, si lenem admodum mutationem admiserimus:

ἀλλὰ κοινῇ συσταλέντες τοῦ 'μμελοῦς ἀρξώμεθα.

τὸ ἐμμελές est pro substantivo ἡ ἐμμέλεια, quo uti noluisse Aristophanes videtur, quoniam ἡ ἐμμέλεια fere de saltatione tragica dicebatur (cf. Astius ad Plat. de leg. p. 382). et ad tragicam eurythmiam si non ὀρχηθμοῦ, certe μέλους ducunt verba Ran. 896 τίνα λόγων, τίν' ἐμμέλειαν ἔπιτε δαΐαν ὁδόν, ubi Dindorfius quidem ἐμμέλειαν eiecit, nec multum a communi usu Aristophanes recessit in Vespis 1503 metaphorice dicens ἀπολῶ γὰρ αὐτὸν ἐμμελείᾳ κονδύλου. at adiectivum ἐμμελής saepissime a sonorum concinnitate ad omnium rerum convenientiam transfertur (cf. Schoemannus ad Plut. Ag. p. 101). ut igitur Plutarchus in Periclis vita 5 laudari narrat τὸ Κίμωνος ἐμμελὲς καὶ ὑγρόν i. e. animum *concordem* et mollem sive flexibilem, ita hic τὸ ἐμμελές significat *concordiam*, qua metaphora usi etiam Latini *concinere* dicunt homines qui non discrepant in sentiendo et agendo, et nostrates quoque laudant homines quos sciunt *in harmonie leben*, ut qui Aristophanis verba pronuntiare voluerit germanice, haud inepte his utatur verbis:

nein, gemeinsam aufgestellt hier fangen harmonie wir an.

Similiter aphaeresis signo male omisso vox vel potius una vocis syllaba residua excedit in

XX. Acharnensium v. 244

κατάθου τὸ κανοῦν, ὦ θύγατερ, ἵν' ἀπαρξώμεθα.

quae vulgo intellegi ita video, ac si virgo iubeatur calathum de capite deponere, ut nunc protrahi inde primitiae et offerri Baccho possint. nec video sane quo modo aliter haec quidem intellegi possint. nam cum κανηφόρος, qualis hic Dicaeopolis filia est, pompae praecedens in calatho servatas portare soleret res ad sacrificandum necessarias, deponere illa calathum debebat, unde promerentur quae ad sacrificandum necessaria essent. at magnopere vereor haec ut

apta interpretatio sit. nunc enim Dicaeopolis pompam instruens (241—243) cum in eo negotio paululum interceptus esset (244—258), resumit rem uxoremque suam iubet a tecto aspicere se ut procedat et cantet, quod deinceps facit. sed hoc dum nondum factum erat, sacra fieri non poterant fiebantque sine dubio finita demum pompa, ut ipse etiam Dicaeopolis (v. 249 sq.) significat velle se Baccho ruralia agere τὴν πομπὴν πέμψαντα καὶ θύcαντα: nam hoc verborum ordine utitur. sentisne igitur quam perverse huic loco interponantur sacra quae iam nunc (i. e. pompa nondum emissa) offerantur? quorum mentio si tamen iam hic facienda erat, unam eius mentionis aptam causam video hanc, ut memorentur res unde postea ἀπαρχαί fiant pompa finita. ac non ineptum est putare Dicaeopolis uxorem ante pompam inceptam afferre quasdam primitias quae finita pompa deo offerantur. ergo etiam ἐλατῆρα quem mulier affert, filia autem etiam exornare pulte cupit, calatho imponere virginem mater vult et ad aram Bacchi afferre (cf. schol. ad v. 246 ἐλατῆρα . . προcῆγον τῷ βωμῷ). haec autem sententia ut evadat, scribendum censemus:

κατάθου 'c τὸ κανοῦν, ὦ θύγατερ, ἵν' ἀπαρξώμεθα

kind, leg's in den korb, dasz erstlingsopfer man bringen kann,

ubi ad κατάθου non appositum obiectum nemo spectatorum desiderare poterat, cum mulierem suis afferentem manibus viderent ἐλατῆρα in corbem inferendum. non dubitavi autem hunc versum non minus quam versus 253—258 cum Dindorfio tribuere matri virginis, Dicaeopolis uxori. et de v. 244 quidem Ravennatis certe auctoritas Dindorfianam rationem firmat, etsi mutant alii libri, de reliquis autem versibus libri firmant cuncti, quibus spretis Elmsleius illos versus omnes Dicaeopoli tribuebat, in quo recentiorum criticorum assensum tulit, nisi quod Beerius l. l. p. 54 sq. de versibus 253—258 non liquere sibi dicit. at mihi ut multo magis quam Dicaeopoli convenire videtur mulieri admonere filiam, ne quid obliviscatur quod ad rem culinariam pertineat (v. 244), ita aliquanto aptiorem puto quam patri esse matri orationem filiam admonenti, ut pulchre ferat calathum, qua re fortasse aptum sibi maritum inveniat, et ut curet diligenter ne quis sibi aurea quae gestet ornamenta furtim abripiat. atque mulieris in hoc loco personam agnoscit etiam scholiasta aliquis infra ad v. 1128 ὦ πρέcβυ] ἑαυτὸν γὰρ ὑπετίθετο πρέcβυν πρὸc τὴν γυναῖκα διαλεγόμενοc ἐν ἀρχῇ τοῦ δράματοc, de cuius sententia quidquid statueris, non videtur tamen dubitari posse quin ad nostrum hunc locum scholiasta respexerit. nam ἀρχὴ τοῦ δράματοc appellari potuit quae, si numerum versuum totius fabulae in quinque aequales partes diviseris, sine dubio in prima parte legebatur, etsi non in omnium prima, et quod scholiasta Dicaeopolis ibi διαλέγεcθαι πρὸc τὴν γυναῖκα dicit, quam alloquitur tantum, non excipit colloquens — non adeo mirum est scholiastam minus accurate esse locutum. an minus ei licuerit διαλεγόμενοc dicere pro λέγων, quam licuit, ut hoc utar, Isocrati Phil. 109 τόπον (argumen-

tum de Helena intellegit) . . ποθοῦντα τὸν ἀξίως ἂν δυνηθέντα διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν, etsi quod hic intellegit δύναςθαι λέγειν ipse dixit IX 77 et XV 246? ac de scholiasta ne quis dubitet, idem paulo post ad v. 347 scripsit: πρὸς τοὺς ἐν τῷ λάρκῳ ἄνθρακας διαλέγεται, ubi non de colloquio, sed de alloquio tantum cogitari potest. at tamen duae illae scholiastae voces (ἀρχή et διαλέγεςθαι) nuper in causa fuerunt ut fluctus moverentur in simpulo. inde enim profectus Fridericus Leo in quaestionibus Aristoph. (Bonnae 1873) p. 1 sqq. docere conatus est in nostra hac Acharnensium fabula scaenam vere primam plane excidisse, in qua quid actum fuerit enucleare conatus est p. 6 sqq. at tantas res novas ut moliar, equidem numquam me patiar moveri tam incerto testimonio, quod ne in Ravennate quidem inest, magisque probaverim utique, si quis corrigendo scholio omnia in ordinem cogere maluerit. et per se aliquid offensionis inest in scholio. quid enim intererat docere Dicaeopolin senem appellari non solum illo versu a choro, sed etiam a se ipso alibi? nec solent de tali consensu scholiastae docere, qui notare malebant si quae diversis locis dissentire sibi videbantur vel in re vel in verbis. quibus locis suum illud χ addere solebant, quod signum saepe tum in parte codicum (cf. schol. Vesp. 1177. 1191) tum in omnibus omissum est. ad hanc igitur normam scholium ita correxerim: ὦ πρέςβυ] τὸ χ. ἑαυτὸν γὰρ οὐχ ὑπετίθετο πρέςβυν πρὸς τὴν γυναῖκα διαλεγόμενος ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ δράματος. cum enim v. 397 Cephisophon, v. 1130 Lamachus, v. 1228 chorus Dicaeopolin appellent senem, scholiasta iure quodam suo notare sibi videbatur certum in hac fabula non reperiri locum, ubi Dicaeopolis producatur tamquam verus senex, putabatque inprimis apte ad eam rem docendam hunc afferri locum, in quo phallicum in pompa cantans Dicaeopolis nihil sane facit quod senem prodat. iure igitur istis solis vocibus nihil scholiasta tribuebat, qui fortasse etiam v. 1129 meminerat, ubi Dicaeopolis Lamachum appellat γέροντα, quem tamen cognovit modo strenui et robusti militis partes egisse. — Aliquanto etiam leviora videntur reliqua duo argumenta esse, quibus suam illam de omisso Acharnensium exordio sententiam Leo firmare studebat. nam neque propter Amphitheum nec propter Morychum ulla causa est, cur ex prima fabula excidisse scaenam statuamus. sed de hoc longum nunc est disputare.

XXI. Equitum 1010

περὶ coῦ, περὶ ἐμοῦ, περὶ ἁπάντων πραγμάτων.

ultima haec sunt in isiciarii oratione qua respondet quaerenti Demo, de quibusnam rebus agant oracula ab ipso allata. quae verba in mendo cubare codices docent. nam ex octo Velseni codicibus quattuor (inter quos sunt R et M) in fine versus non habent περὶ ἁπάντων πραγμάτων, sed τὸ πέος οὑτοςὶ δάκοι, idemque etiam alii duo ita habent, ut vel in margine ascribant vel in verborum ordine superscribant verbis περὶ ἁπάντων πραγμάτων, denique duo (V et P)

receptis in verborum ordinem verbis περὶ ἁπάντων πραγμάτων novo versu addant τὸ πέος οὑτοςὶ δάκοι. itaque cum plurimi iique optimi codices illa verba (τὸ πέος οὑτοςὶ δάκοι) tueantur, miror quod Velsenus Dindorfium Bergkium Meinekium secutus sempiterno exilio multare illa verba voluit, et laudo potius Kockium Ribbeckium Anzium, qui plurium et meliorum librorum scripturam retinebant (nisi quod Anzius p. 24 hac scribendi ratione turbas omnes remotas putabat: περὶ coῦ, περὶ ἐμοῦ, περὶ — τὸ πέος οὗτος δάκοι). nam illa verba unde huc intraverint nemo facile dixerit, et ne hoc quidem magnopere placet, quod Bergkius putabat cum eoque Meinekius Dindorfius Velsenus, in codice aliquo, in quo singulae paginae undevicenos continerent versus, ista verba huc illata esse e versu 1029, ubi scilicet legendum esse non ὁ περὶ τοῦ κυνὸς δάκῃ, sed ὁ πέος οὑτοςὶ δάκοι indicare quis voluisset, quem admodum sane etiam scriba fecit codicis V, qui margini ascripta verba γρ. τὸ πέος οὑτοςὶ δάκοι postea rasura delevit. ac nescio an Demi orationi iste lusus non conveniat, qui tali modo ludere non solet, sed hoc scio, aptissima ista verba esse isiciarii orationi. nam is tot se oracula afferre gloriatur, ut Cleon plane obmutescat nec quicquam contra dicere velit. hoc enim significat non illud quidem quod παρ᾽ ὑπόνοιαν sive ἀπροςδοκήτως dicit, τὸ πέος οὑτοςὶ δάκοι, sed quod re vera dicere volebat: τὸ χεῖλος οὑτοςὶ δάκοι. ita enim faciunt qui animi affectus nolunt in verba erumpere: cf. Luciani t. III p. 279 (Iacobitz) ἐνδακόντα τὸ χεῖλος ὑποτρέφειν τὴν χολὴν καὶ τὸ μῖςος, et schol. ad Ar. Vesp. 1083 (ὑπ᾽ ὀργῆς τὴν χελύνην ἐςθίων): οἱ ὀργιζόμενοι ἐνδάκνουςι τὰ χείλη, eodemque pertinet Ar. Ran. 43 δάκνω γ᾽ ἐμαυτόν, ἀλλ᾽ ὅμως γελῶ. Eubuli fr. Cercopum 2, 6 δάκνων τὰ χείλη, et δήγματα χειλῶν et πρίςεις ὀδόντων iuncta sunt in Plutarchi mor. p. 458 c. adde Berglerum ad Ar. Vesp. l. l. et Maetznerum ad Lycurgi or. p. 266. etsi autem illud τὸ πέος οὑτοςὶ δάκοι profecto dignum minime fuit quod contra codicum auctoritatem amandaretur, tamen etiam alterum, περὶ ἁπάντων πραγμάτων, non dignum solum est quod Aristophani servetur, sed plane huic loco necessarium. nam cum isiciarius Cleonem superare promissis studeret, non potuit illo minus promittere, quod fecisset ex eius verbis (v. 1106 περὶ coῦ, περὶ ἐμοῦ, περὶ ἁπάντων πραγμάτων) omittens verba ultima, sed debebat adeo totum Cleonis versum repetere. itaque cum utraque scriptura ab ipso Aristophane profecta esse videatur, praestabit cum codicibus V et P edere:

περὶ coῦ, περὶ ἐμοῦ, περὶ ἁπάντων πραγμάτων·
* * * * * * τὸ πέος οὑτοςὶ δάκοι,

lacunae signis positis, cuius lacunae causa hic ut alibi saepe fuisse videtur, quod verborum similitudo scribam transversum egit. fac enim antiquitus ita scriptum fuisse:

περὶ coῦ, περὶ ἐμοῦ, περὶ ἁπάντων πραγμάτων·
περὶ coῦ δὲ κἀμοῦ τὸ πέος οὑτοςὶ δάκοι,

tum non latebit cur prioris versus ultima pars, alterius prior excidere potuerint. vix autem opus est ut negem putare me ipsa Aristophanis verba quae exciderint a me esse restituta, sed nihil volui nisi exemplo demonstrare, qualem sententiam cur omissam a librario putem. et non ineptam certe crediderim talem esse sententiam:

über dich, über mich, über alle dinge handeln sie;
doch was dich und mich anlangt, so — beisz' in den schwanz sich der!

nam περί cum genetivo iunctum constat saepe longiori orationi praemitti, ut totius enuntiationis instar sit (cf. ad Isocr. Phil. 109), nec vituperabit puto quisquam, quod περὶ coῦ δὲ κἀμοῦ volui esse περὶ τῶν χρηcμῶν τῶν περὶ coῦ κἀμοῦ. indicare autem allantopola voluit prolata a se oracula, quae sint de se ipso et de Demo, tantum Cleoni minari periculum, iam ut is ne hiscere quidem prae dolore et ira velit. ceterum antiquissimum mendum esse inde apparet, quod eundem versuum numerum quem hucusque legebamus (XVIII) legebat etiam Heliodorus metricus: cf. Thiemanni Heliod. p. 13. — Etsi autem temerarium est ipsa hic Aristophanis elapsa verba restituere velle, certissima tamen est eadem corruptionis et emendationis ratio, videorque mihi alibi, ubi de una aliqua voce restituenda agitur, facilius assentatores nancturus esse, si eadem via progressus ero. velut

XXII. Ecclesiazusarum 914

καὶ τἄλλα γ' οὐδὲν τὰ μετὰ ταῦτα δεῖ λέγειν,

quem versum Dindorfius in prima editione (1826) spretis priorum criticorum coniecturis (de quibus vide Com. IV p. 774 sq.) et librorum lectionibus servatis sic edidit καὶ τἄλλ' οὐδέν με ταῦτα δεῖ λέγειν. id cum versui antistrophico (920) δοκεῖc δέ μοι καὶ λάβδα κατὰ τοὺc Λεcβίουc parum respondeat, qui trimeter iambicus est, novissimis quoque temporibus non defuerunt qui operam darent ut strophae et antistrophae versus sibi responderent. qua in re Bergkius et Meinekius eo progressi sunt, quo quis sequi noluerit. assumpta enim ex praecedenti versu voce βέβηκε alter commendavit βέβηκε, κᾆτ — ἀλλ' οὔ με ταῦτα δεῖ λέγειν, alter: βέβηκε· καίτοι τἄλλα γ' οὐδὲν δεῖ λέγειν. inprimis autem ad sanandum locum videamus, quae sint illa reliqua non digna memoratu, quae Reisigius Coniect. p. 321 nescire se fassus est. at facile apparet puellae, postquam matrem abiisse dixit, non iam opus esse ut addat nihil nunc impedire quo minus amatorem ad se admittat lubentissime, cui amoris gaudia largiatur: nam de suis tantum rebus cogitare puellam par est credi. atque ultimum hoc recta via ad verum inveniendum nos ducit, hoc inquam:

καὶ τἄλλα τἄμ' οὐδέν με ταῦτα δεῖ λέγειν

und das weit're zu sagen was mich betrifft, das brauch' ich nicht.

iam dicendum etiam de antistropha, in qua post v. 919 duos excidisse versiculos mihi certissimum videtur. itaque antistrophae initium auctor sim ut in posterum sic edatur:

918 ἤδη τὸν ἀπ' Ἰωνίαc
τρόπον τάλαινα κνηcιᾷc
* * * * * * * *
* * * * * * * *
920 δοκεῖc δέ μοι eqs.

vicissim ad versus antistrophici 919 normam corrigendum videtur strophicus 913, ubi nunc est οὐχ ἥκει μοὐταῖροc, sed fortasse legendum οὐχ ἧκε μοὐταῖροc πάροc.

XXIII. Lysistratae 862

ΛΥ. τί οὖν; δώcειc τί μοι;
ΚΙ. ἔγωγέ coι νὴ τὸν Δί', ἣν βούλῃ γε cύ.

coὶ quod libri ignorant primus interposuit Bentleius deficienti versui ac receperunt omnes praeter Brunckium et Bothium, quorum alter ἔγωγε νὴ Δί' αὐτίκ', ἣν . ., alter ἔγωγε καὶ νὴ τὸν Δί' commendaverunt. poterant, si quid video, facilius explere lacunam scribendo:

ἔγωγε δὴ νὴ τὸν Δί', ἣν βούλῃ γε cύ.

XXIV. Lysistratae 1108

δεινὴν, ἀγαθὴν, φαύλην, cεμνὴν, ἀγανὴν, ⏑ ⏑ –, πολύπειρον.

sic haec a Dindorfio eduntur, in quibus certe lacuna neminem fugit. at ea ubi statuenda et quo modo explenda sit, in diversas partes critici discedunt. certissimum autem videtur quod Bentleius docuit, contraria epitheta iuxta posita esse. iam cum φαῦλοc et cεμνόc Aristophanes sibi opposuerit Eccl. 617, idem hic quoque factum arbitror, ut cum δεινήν et ἀγαθήν sibi contraria esse, tum pone ἀγανήν desiderari epitheton contrarium concedendum sit. sed δεινήν et ἀγαθήν quo modo ex diverso poni sibi potuerint non liquet. itaque censeo pro δεινήν esse δειλήν scribendum Bentlei quadam abusus correctione, qui δεινήν, δειλήν, ἀγαθήν ab Aristophane profectum arbitratur, ut ἀγαθήν et φαύλην, cεμνήν et ἀγανήν sibi opponantur. at etiam in scolio apud Athenaeum p. 695[c] legitur τοὺc ἀγαθοὺc φίλει, τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου. quod autem voci ἀγανήν recte opponi possit vix reperietur aliud quod accommodatius huic loco sit quam cφεδανήν, quod ante ἀγανήν reponendum censemus, cum in ceteris quoque malum antecedat bono. atque sic etiam hoc lucramur, ut iam sex ista epitheta aeque abeant in -ην, quod nemo dixerit non studiose quaesitum, sed fortuito factum esse, ut vel hanc ob causam improbem quod Meinekius edidit: δεινὴν ἀγαθὴν φαύλην ἀφελῆ cεμνὴν ἀγανὴν πολύπειρον, cuius etiam interpungendi rationem non imiter. itaque sic potius haec scribenda esse censeo:

δειλὴν ἀγαθήν, φαύλην cεμνήν, cφεδανὴν ἀγανήν — πολύπειρον.

sex illis epithetis sibi oppositis invicem septimum addit πολύπειρον, quo quae antecedunt omnia quasi in unum colliguntur.

XXV. Equitum 32

ΝΙ. κράτιστα τοίνυν τῶν παρόντων ἐστὶ νῷν
θεῶν ἰόντε προσπεσεῖν του πρὸς βρέτας.
ΔΗ. ποῖον βρέτας πρός; ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ θεούς;

πρός v. 32 Dindorfius addidit, quo manifestam lacunam expleret. de aliis aliorum conaminibus breviter rettulit Anzius l. l. p. 15 iure ille affirmans ne unum quidem probari posse. nam si externa aliqua clade (puta blattarum et tinearum morsu vel madore situque) excidisse vocem aliquam putaveris, plane incertus restituendi conatus erit. sin autem scribarum quendam errorem culpaveris, docendum erit hi cur facile errare potuerint omittentes quaedam quae ab ipso Aristophane posita erant externo habitu suo reliquis simillima. quod in aliorum coniecturis non videmus factum esse, nisi forte in Dindorfii et Kockii. sed illius conamini quod opponam certe hoc habeo, quod in eius modi repetitionibus Aristophanes praepositiones omittere solet: cf. Ach. 62 οἱ παρὰ βασιλέως. ‖ ποίου βασιλέως; Lys. 730 ὑπὸ τῶν σέων κατακοπτόμενα. ‖ ποίων σέων; Pluti 1046 ἔοικε διὰ πολλοῦ χρόνου σ' ἑορακέναι. ‖ ποίου χρόνου; praeterea verbum προσπεσεῖν ne desiderat quidem praepositionem, cum etiam cum nudo accusativo coniunctum reperiatur in Aeschyli Septem 93 ἐγὼ ποτιπέσω βρέτας δαιμόνων, et alibi. Kockius autem, qui ποῖον βρέτας σύ γ'; ἐτεὸν eqs. commendavit, sane quidem et ipse arcessivit vocem, qua usum esse in hac vicinitate Aristophanem Ravennas testatur, in quo scriptum extat ἡγῇ σὺ γὰρ θεούς. hanc igitur vocem, quam ipsius Aristophanis esse concedendum erit, ingeniose ad ipsum lacunae locum Kockius retraxit. quamquam alios non dubitaturos esse arbitror, quin eo quo Ravennas habet loco retinenda ista vox sit et poeta ultimum versum scripsisse videatur ἐτεὸν ἡγεῖ σύ γε θεούς; (nam in compendiosa scriptura γάρ et γὲ confundi solebant: cf. Schaeferus ad Greg. Cor. p. 877). itaque vel in Dindorfii et Kockii coniecturis desideramus emendandi facilitatem, cui etiam minus consulebat Anzius coniectans: ποίων θεῶν; ἡγεῖ σὺ γὰρ ἐτεὸν θεούς; at ego consuluisse mihi videor tres repetens continuas litteras ab ipso poeta hic adhibitas. sic enim scribendum censeo:

ποῖον βρέτας σ'; ἔτ' ἐτεὸν ἡγεῖ σύ γε θεούς;

i. e. πρὸς ποῖον βρέτας σὲ ἰόντα προσπεσεῖν κράτιστ' ἂν εἴη; poterat dicere ποῖον βρέτας σοί, quoniam Demosthenes antea dixerat κράτιστά ἐστι νῷν, sed idem cum mox mutata eiusdem sententiae constructione dixisset ἰόντε προσπεσεῖν, Nicias iure potuit vitato dativo etiam accusativum σέ repetere. tametsi autem pronomen σέ integro sono suo enuntiari debet (nam de Demosthene tantum dubitat, cui tacite opponit ἐγώ), tamen vel tale σέ Graeci non numquam voluerunt elisionem pati, ut demonstrat Bekkerus *Homerische blätter* II p. 230, qui ibidem docet σέ elidi etiam sequente interpunctione. quid quod Aristophanes σ' usus est etiam ubi mutatur persona, velut

in Nub. 753 τί δῆτα τοῦτ' ἂν ὠφελήσειέν σ'; ‖ ὅ, τι; et in Eccl. 1085 ἀλλ' οὐκ ἀφήσω μὰ Δία σ'. ‖ οὐδὲ μὴν ἐγώ. et ne quis forte sonum ingratum vituperet, saepe Graecos dixisse ὥς σ', πῶς σ', εἴς σ', ὅς σ', τάς σ' et similia idem Bekkerus ibidem docet. his satis firmasse nobis videmur repositum a nobis illo loco σ'. nec vi sua caret alterum quod reponi iussimus ἔτι, quo Demosthenes indicat non dubitasse se quin Nicias iam dudum desierit deos putare, nimirum propter immane infortunium quo premantur. quamquam ipse Nicias postea propter id ipsum deos se putare dicit v. 34. itaque totius loci quae sententia sit ut breviter indicem, iterum patrio sermone utar:

in unsrer jetzigen lag' am besten ist's für uns,
wir gehn zu 'nem bild der götter hin und knien davor.
Dem. zu was für 'nem bild du? glaubst du wirklich an götter noch?

XXVI. Equitum 326

ἢ σὺ πιστεύων ἀμέργει τῶν ξένων τοὺς καρπίμους,
πρῶτος ὤν· ὁ δ' Ἱπποδάμου λείβεται θεώμενος.

aperte vitiosus alter versus est. nam nomen Ἱππόδαμος paenultimam brevem habet, ut et Homerus probat Λ 335 et origo vocis quippe a δαμεῖν derivatae. et confer adiectivum ἱππόδαμος in Il. Γ 237 et alibi. praeterea eam vocis prosodiam firmat nomen Ἱπποδάμεια Α 392 al. vel Ἱπποδάμη in Nicandri fr. 104. itaque Meinekium miror, qui in Vind. p. 56 isti nomini longum esse α contendit. 'quid enim impedit' inquit, 'quo minus Hippodami nomen ex δῆμος compositum esse statuamus?' concederem hoc, si in dorica civitate natus Hippodamus acceptum ibi nomen Athenas detulisset. nunc autem Mileti ortus erat, ubi acceptum nomen ionicum vel atticum Ἱππόδᾰμος dorice mutare Athenis nullo modo potuit. et si potuit, quo modo umquam nomen dari homini potuerit ex ἵππος et δῆμος compositum, quo quid apte significare parentes voluerint intellegi non potest. certum igitur videtur nihil inesse in illo quidem nomine vitii. fuerunt tamen qui hoc statuerent Hermannus et CKeilius (Anal. onomat. p. 183) Ἱπποδάμνου commendantes. at non est credibile tritum Athenis nomen, cuius memoriam cuique cotidie attulit ἀγορὰ Ἱπποδάμειος Athenis ab illo structa, Aristophanem mutavisse in aliud a vulgi usu alienum. atque genuinum et inmutatum nomen eo magis necesse erat poni, quoniam quem memorare chorus volebat Archeptolemum non proprio suo, sed patris nomine indicavit, quem nisi vulgato nomine designasset, non potuit sperare quemquam statim de Archeptolemo cogitaturum esse. itaque quoniam intemeratum servare nomen et Aristophanis erat et nunc est criticorum, nihil reliquum esse videtur nisi ut statuamus pro trochaeo poetam hic admisisse dactylum et post Ἱπποδάμου unam excidisse syllabam sive brevem sive longam. nam in hoc metri genere dactyli pro trochaeo positi nulla est offensio, si factum est in nomine proprio: v. Meinekius Com. gr. III p. 584. Christius de arte metr. p. 301. sexiens dactylum pro trochaeo praebet fr. anon. 303 (Com.

IV p. 674) Μητίοχος μὲν γὰρ cτρατηγεῖ, Μητίοχος δὲ τὰς ὁδούς eqs. adde Hermippi fr. Moer. (II p. 400) τῷ Διονύςῳ πάντα τἀμαυτοῦ δίδωμι χρήματα coll. Porsoni praef. Eur. Hec. p. XXIII sq. et post Ἱπποδάμου si dixero excidisse syllabam μοί, ut dativus ethicus sit, nihil videbor protulisse quod parum habeat probabilitatis, nec cur vituperetur haec habebit sententia:

darauf pochend, rupfst die reichen bündner du, im staate jetzt
erstes haupt, doch Hippodams spröszling sieht's mit an und härmt sich mir.

quibus Archeptolemum tangit, qui tametsi earundem atque chorus partium erat, tamen tantum afuit ut Cleonem adoriretur, ut impudentiam eius videns nihil nisi lacrimaret, id quod stomachum choro movit.

XXVII. Equitum 973

ἥδιςτον φάος ἡμέρας
ἔςται τοῖςι παροῦςι πᾶ-
ςιν καὶ τοῖς ἀφικνουμένοις,
ἢν Κλέων ἀπόληται.

πᾶςιν cum Dobraeo addidit Dindorfius, nam in libris deest vox, unde factam lacunam alii aliter explere conati sunt. et Cobetus quidem, cum in libris omnibus sit τοῖςιν ἀφικνουμένοιςιν (cf. Velseni ann.), alium lacunae locum statuens scribendum censebat τοῖςι παροῦςι καὶ | τοῖςιν εἰςαφικνουμένοις, idque alii receperunt, nisi quod Velsenus praestare putabat τοῖς ἀφιξομένοις, κακῶς. atque futuri participio opus esse censebant etiam Hotibius et Anzius p. 22 sq., alter τοῖς ἀφιξομένοιςιν ἂν commendans, alter τοῖς ἀφιξομένοις ξένοις. sed certe futurum non desiderabat Bentleius, qui τοῖςι δεῦρ᾽ ἀφικνουμένοις coniecit. ab his autem omnibus plurimum recedit Bergkii coniectura, qui edidit: τοῖςι παροῦςι καὶ | τοῖς ἀποῦςιν, ἱκνουμένως | ἢν Κλέων ἀπόληται, in quo etiam magis emendandi facilitatem desidero videorque mihi allaturus esse quod minus mirum sit depravari potuisse. certissimum autem videtur τοὺς παρόντας esse spectatores qui huic fabulae agendae assident (ut Vesp. 1175. Eupol. fr. Dem. 15, 1) et mox laetabuntur, si in ultima scaena Cleonem videbunt profligatum. praeter hos autem si commemorantur οἱ ἀφικνούμενοι, intellegendi sunt advenae tales qui nunc et ipsi spectant et mox laetabuntur, si in ultima comoedia Cleonem viderint profligatum, non tales qui postea demum acta fabula Athenas venient, οἱ cύμμαχοι, quos Anzius intellegit, sed nunc non potuisse fabulae adesse arbitratur, cum Dionysiis demum affuerint spectaculis, non Lenaeis, quibus Equites actam esse constat. itaque Anzius post actam demum fabulam τοὺς ξένους Cleonem profligatum visuros esse dicit. sed cum οἱ ἀφικνούμενοι in universum sint advenae, ut in Av. 1418, quid impedit quo minus de iis cogitemus civibus, qui ex demis partim remotissimis Athenas venerint ut spectaculis interessent? hi autem ne opponi viderentur τοῖς παροῦςι, alii nominandi fuerunt, qui et ipsi cum advenis adessent

et spectarent. eos non invenio alios nisi oppidanos, quibus non minus quam paganis iucundum erat Cleonem videre de loco deici. atque ita facillime patefacta via est quae ad explendam lacunam ducat. conicio enim sic scribendum esse:

ἥδιστον φάος ἡμέρας
ἔσται τοῖσι παροῦσι, κἀ-
στοῖς καὶ τοῖς ἀφικνουμένοις,
ἢν Κλέων ἀπόληται,

ut chorus prima carminis periodo haec praedicet:

lieblichst scheinen wird tageslicht
denen die hier versammelt sind,
städtern gleichwie dem zuzug auch,
wenn Kleon wird vernichtet.

XXVIII. Acharnensium 2

ἥσθην δὲ βαιά, πάνυ δὲ βαιὰ τέτταρα.

vocem τέτταρα etsi codicum omnium auctoritate munitam neque a quoquam criticorum in dubitationem vocatam nego tamen equidem sanam esse. praefatus enim Dicaeopolis quater se gaudio affectum esse, duo tantum gaudia nominat (v. 6 et 13), non quattuor. ad quem excusandum dissensum ne hoc quidem suffecerit, si quis ita dicat, prae malorum multitudine et magnitudine Dicaeopolim oblitum esse cetera duo gaudia memorare. nam ne antea quidem ei de quaternario numero constitisse inde apparet, quod nunc demum rationem subducere incipit v. 4 φέρ᾽ ἴδω, τί δ᾽ ἥσθην ἄξιον χαιρηδόνος; ergo v. 2 certum numerum afferre nondum potuit, sed genus totum recordato homini nihil licuit pronuntiare nisi paucissima fuisse gaudia. quod si tamen vocem τέτταρα tueri quis voluerit, ei non de certo numero cogitandum erit, sed de incerto qui simul paucitatis index sit, qualis vel ante subductam rationem nominari poterat. atque hoc video etiam FAWolfium sensisse, qui ita haec vertit: *und freud' erlebt' ich selten, sechs- bis siebenmal.* at ita de incerto quodam numero parvo Graecos dixisse τέτταρες vereor ut demonstrari possit. novimus quidem Ar. Nub. 1402 οὐδ᾽ ἂν τρί᾽ εἰπεῖν ῥήμαθ᾽ οἷός τ᾽ ἦ πρὶν ἐξαμαρτεῖν coll. Pindari Nem. VII 48 τρία ἔπεα διαρκέσει et Terentii Phorm. 638 *tria non commutabitis verba hodie inter vos*, qui de indefinito numero omnes cogitant, ut nos quoque facere in simili re solemus, sed τέτταρες quoque ita usurpatum esse nemo demonstravit aut videtur potuisse demonstrare. nam Graeci ubi nominibus numeralibus definiti generis incertam paucitatem indicare volebant, alia utebantur ratione, quae perspicitur ex Ar. Av. 39 ἕνα μῆν᾽ ἢ δύο (Hom. B 346 τούσδε δ᾽ ἔα φθινύθειν, ἕνα καὶ δύο. Weberus ad Dem. Aristocr. 65, *unus et alter*) — Ar. Thesm. 474 δύ᾽ ἡμῶν ἢ τρία coll. Ran. 515 κὠρχηστρίδες | ἕτεραι δύ᾽ ἢ τρεῖς. Menandri fr. Epicleri 2, 2 = Com. IV p. 117 δύο τινὲς ἢ τρεῖς (δύο ἢ τρεῖς Schoemannus ad Plut. Cleom. p. 196. Walchius ad Tac. Agr. p. 200 sq. ἢ δύο ἢ τριῶν φίλων

παρόντων Lucianus de merc. cond. 19. δύο καὶ τρία Thuc. I 82, Xen. anab. IV 7, 10. *bis terve* vel *bis terque*: Bentleius ad Hor. epod. 5, 33) — Ar. Ran. 1058 ἔχει γὰρ τρεῖς ἴσως ἢ τέτταρας (coll. Thesm. 746. Antiphanis fr. Didymi 1, 2 = Com. III p. 44. Menandri fr. inc. 176 = Com. IV p. 273), in quibus omnibus numero definito alter numerus eiusdem generis additus quodam modo indefinitum numerum reddit, et cum numeralia illa fere paucos significent, apparet ista omnia dici de rebus posse quae numero incerto sint paucae. hoc igitur dicendi genus in Acharnensium quoque loco restituendum esse arbitretur aliquis, praesertim cum similis sit oppositio in Thesm. 474 αἰτιώμεθα . . εἰ δύ' ἡμῶν ἢ τρία | κακὰ ξυνειδὼς εἶπε δρώσας μυρία. unde corrigere aliquis velit πάνυ δὲ βαιὰ δύ' ἢ τρία, ubi tamen anapaestus eius modi plane inusitatus Aristophani esset. quo circa rescribere malim:

ἥσθην δὲ βαιά, πάνυ δὲ βαιά, θάτερα,

doch anderseits der freuden zahl ist ganz gering.

Ceterum quae duo gaudia mox Dicaeopolis memorat, eorum unum ita describit v. 6, ut cur tandem laetatus sit neminem fugiat. contra obscurissima sunt quae de altero gaudio dicit v. 13 sq.

ἀλλ' ἕτερον ἥσθην, ἡνίκ' ἐπὶ Μόσχῳ ποτὲ
Δεξίθεος εἰσῆλθ' ᾀσόμενος Βοιώτιον.

apparet autem istarum facetiarum vim eo niti, quod arte coniuncta erat Moschi et Boeotii μέλους memoria, quae quo tandem modo Dicaeopolis coniunxerit, ad recentem Boeotii memoriam post aliquod temporis intervallum repetens Moschi memoriam, si quidem Μόσχον cantaturum nominaverat praeco, post eum aliquo intermisso temporis spatio item pronuntiatum a praecone Dexitheum Dicaeopolis audivit —? nec facetiarum causa lucrabimur quicquam, si μόσχον intellexerimus *vitulum*, quae altera est scholiastae interpretatio dicentis in eo certaminis genere victori praemium dari solitum fuisse vitulum. de quo aliunde non constat nec per se probabilis videtur res esse, cum citharoedis in agone vincentibus luculentiora praemia dari solita fuerint (cf. Mommseni Heortol. p. 139 sq.). in tanta igitur rei obscuritate aliud quid licebit proponere, quod etsi in coniectura positum est totum, nescio an maiorem habeat probabilitatis speciem. suspicor autem suis ipsius verbis aliquid ridiculi admisisse Dexitheum cantantem quod auditorum animis etiam postea non minus inhaeserit quam Hegelochi ille in loquendo commissus error γαλήν' ὁρῶ (v. Ran. 303 cum schol. coll. philol. XXXIV p. 439). nam si ita ipse Dexitheus dixit metro usus dactylico:

— — ἐπὶ Μόσχῳ ἐσέρχομαι
ᾀσόμενος Βοιώτιον —

hac vocum collocatione, quam Dicaeopolis servavit, invitus effecit ut dixisse videretur ἐπὶ μόσχῳ ἐσέρχεσθαι, i. e. vitulo insidentem intrare se ad cantandum Βοιώτιον μέλος, non, quod ipse volebat, post Moschum se intrare. hoc si recte conieci, Dicaeopolis certe

non de Moscho homine cogitavit cum Dexitheo, ut μόςχῳ scribendum sit, non Μόςχῳ. — Non minus autem obscurus iocus est (ut hoc quoque obiter addam), quod inter mala sua Dicaeopolis refert etiam hoc v. 15 sq.: τῆτες δ' ἀπέθανον καὶ διεςτράφην ἰδών, ὅτε δὴ παρέκυψε Χαῖρις ἐπὶ τὸν ὄρθιον. nam cur videndo corpus detorserit paene ad moriendum, ita demum patebit, si statueris pusillae staturae hominem fuisse Chaeridem, qui cum fortasse etiam capite ob verecundiam demisso pulpitum intraret, vix aspici a spectatoribus posset.

XXIX. Acharnensium 256

ὡς μακάριος
ὅςτις ς' ὀπύςει, κἀκποιήςεται γαλᾶς
ςοῦ μηδὲν ἥττους βδεῖν, ἐπειδὰν ὄρθρος ᾖ.

ἥττους ex Elmslei coniectura nunc invaluit pro librorum omnium scriptura quae est ἧττον, quod sane aliter ferri nequit nisi ut ἐκποιήςεται sit *efficiet*, non *procreabit*, quod linguae usus postulat. intellexit hoc scholiasta quoque, qui annotavit: γαλᾶς ἀντὶ τοῦ παῖδας δριμυτάτους· τοῦτο δὲ τὸ ςχῆμα καλεῖται παρὰ προςδοκίαν· ἔδει γὰρ ἐκφάναι ἐκποιήςεται παῖδας νεανίας, ubi suum illud δριμυτάτους sine dubio habet ex Pluto 693 βδέουςα δριμύτερον γαλῆς, quae scholiasta operae pretium duxit hac annotatione illustrare: ἡ γὰρ γαλῆ δριμύτατον ἀφίηςι τὸ πνεῦμα. semel autem appellatis hoc modo liberis poeta voluit mulierem etiam ad filiam suam transferre istam rem, in quo qui iocus inest etiam maior inerit, si maritus quoque futurus in eandem societatem trahatur, ut tota familia ab isto vitio laborare dicatur. et cum coniectura hoc loco non videamur posse carere, Elmsleianae facilitate praestat haec:

ςοῦ μηδὲν ἥττων βδεῖν, ἐπειδὰν ὄρθρος ᾖ,

quibus verbis maritus futurus convenire novae uxori dicitur non corporis animique dotibus, ut par erat, sed ista re. veniam autem nobis petimus hanc quoque spurcitiam interpretantibus patrio sermone:

wie selig, wer
dich freit und mit dir auch fiesterchen zeuget, keineswegs
im fiesten dir nachstehend, wenn's zum morgen geht.

ἥττων, quod cum ὅςτις coniungendum, etiam apud Thucydidem II 60, quem locum Elmsleio debeo, infinitivum ascivit: οὐδενὸς οἴομαι ἥςςων εἶναι γνῶναι καὶ ἑρμηνεῦςαι.

XXX. Equitum 526

εἶτα Κρατίνου μεμνημένος, ὃς πολλῷ ῥεύςας ποτ' ἐπαίνῳ
διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔρρει, καὶ τῆς ςτάςεως παραςύρων
ἐφόρει τὰς δρῦς.

non uno vitio hic locus laborat. et primum quidem ῥεύςας, quae forma ab Atticis fere spreta est, Lobeckius ad Phryn. p. 739 etiam propter eiusdem vocis repetitionem (ἔρρει) suspectum dicit, quam repetitionem si quis tamen tueri vellet exemplis Homeri Υ 316.

Φ 375 ὁπότ᾽ ἂν Τροίη μαλερῷ πυρὶ πᾶϲα δάηται δαιομένη, aut Herodoti IV 23 ὃϲ ἂν φεύγων καταφύγῃ, aut similibus (cf. Lobeckii paralip. p. 532), reluctaretur tamen aoristi participium. non dubitandum igitur quin ῥεύϲαϲ corruptum sit, quod quo modo critici emendare conati sint Ribbeckius docet sex enumerans virorum doctorum coniecturas, quibus nunc accedat nova Kockii ῥαγδαῖοϲ, et mea quae certe facilitate sua commendabitur: ὃϲ πολλῷ βρύϲαϲ ποτ᾽ ἐπαίνῳ. verbum βρύειν praeter Ran. 329 (βρύοντα ϲτέφανον μύρτων) Aristophanes habet etiam in Nub. 45 (βίοϲ . . βρύων μελίτταιϲ καὶ προβάτοιϲ καὶ ϲτεμφύλοιϲ). sed magis etiam quod conferatur dignum est Aeschyli hoc in Agam. 157 ὅϲτιϲ πάροιθεν ἦν μέγαϲ, παμμάχῳ θράϲει βρύων. illud igitur erit *tumefactus multa laude*. — Non minus corruptum est quod mox sequitur adiectivum ἀφελήϲ. id enim qui cum Ruhnkenio ad Timaeum p. 270 interpretantur *sine lapidibus*, *sine collibus saxosis*, *aequales*, iis demonstrandum erat quo modo a φελλεύϲ, quod cum suis (φελλόϲ φελλίϲ φελλίον φελλεών) significans τόπον πετρώδη ubique duplici λλ scribitur (cf. Schoemannus ad Isaeum p. 401 et opusc. IV p. 183), quae scriptura etiam metro firmata est nomine proprio affini Φελλεύϲ Ach. 273. Nub. 71 — quo modo igitur hinc derivari posset ἀφελήϲ media syllaba correpta, ut certe διὰ τῶν φελλέων πεδίων (vel πεδίονδ᾽) cum Bergkio legendum esset. nec ad φελλεύϲ confugiebant grammatici, qui ad hunc Aristophanis locum respicientes mire se torquent in voce ἀφελήϲ explicanda, scholiastae ad h. l., Suidas I 1 p. 891, gramm. in Bekkeri anecd. I p. 469 (= Bachmanni anecd. I p. 270), Etym. m. p. 176, 22, Hesychius I p. 333, 94, Zonaras I p. 352. interpretantur enim ὑγιὴϲ καὶ ὁλόκληροϲ (cf. etiam Hesychius I p. 336 ἀφίληϲ (sic)· καθαρόϲ. ὑγιήϲ. ὁλόκληροϲ), ἁπλοῦϲ καὶ ἀκαταϲκεύαϲτοϲ, ἄκομψοϲ καὶ ἁπλοῦϲ (cf. schol. Aristoph.: εἰϲ τὸ ἐπὶ τῆϲ φράϲεωϲ ἄκομψον καὶ ἁπλοῦν τοῦ Κρατίνου ἀλληγορεῖϲθαί φαϲι τὸ ἀφελέϲ, ubi in initio εἰϲ de meo addidi), μέγαϲ καὶ ἀνεπικώλυτοϲ (corrige ἀνεπικόλουϲτοϲ), ϲύνδενδροϲ, ὁμαλόϲ. his igitur cum maxime ex rhetorum scholis nota essent τὸ ἀφελέϲ et ἡ ἀφέλεια (cf. Isocr. Euag. 11. Ernesti lex. technol. gr. rhet. p. 51. Volkmannus de rhetorica Gr. et Rom. p. 381 et 475), horum interpretationem istius vocis ad hunc locum accommodarunt vel ad verbum vel immutantes quantum opus erat. extra rhetorum enim scholas in communi usu Aristophanis temporibus non videtur fuisse vox et postea demum increbruit victus aut vestitus aut morum simplicitatem significans (cf. Baehrius ad Plut. Philopoem. p. 7). hinc autem cum locum Aristophaneum apte illi explicare non possent, vel ad monstruosum illud interpretandi genus confugiebant, quo *lucum a non lucendo* dictum esse volebant (cf. Etym. m. l. l. τῶν ὁλοκλήρων κατὰ ϲτέρηϲιν, τῶν μεγάλων καὶ ἀνεπικωλύτων, ubi denuo corrigo ἀνεπικολούϲτων, ut apud Suidam quoque faciendum). qui autem incerto isto adminiculo insistere veriti ex ipsius sententiae ambitu sapere sibi volebant, interpretati sunt ϲύνδενδρον aut ὁμαλόν, mera

capitis somnia venditantes pro re certa scilicet. in talibus autem interpretationibus cum acquiesci vix posset, iam olim fuerunt qui de vulgatae scripturae veritate dubitarent, ut patet ex priore ad h. l. scholio: διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων· ἀντὶ τοῦ, διὰ τῆc φράcεωc. ἔνιοι δὲ διὰ τῶν ἀφύων γράφουcι, cuius priorem partem aperte corruptam corrigimus in hunc modum: ἀντὶ τοῦ μεγάλων, διὰ τῆc φράcεωc, ubi φράcιc est de Cratini loquendi ratione, ut ex sequentibus patet. at si quid olim hic vitiatum erat, quis non putet antiquitus hoc loco lectum fuisse aliquid quod et aliquanto magis quam illud ἀφύων accommodatum sententiae esset et vero ad veterem illam scripturam ἀφελῶν externa sua forma proxime accederet? quale inveniendi copiam mihi fecit Homeri locus Λ 492 sqq., ubi Aiax comparatur cum fluvio per campos aestuanti. qui locus cum Aristophanis animo obversatus esse videatur, mirum est poetam de Homericae imaginis granditate aliquid omisisse, quod tamen apprime huic loco conveniebat. nam mare non memorat. itaque vix dubitari posse videtur, quin ab Aristophane hoc profectum sit:

διὰ τῶν ἐφάλων πεδίων ἔρρει κἀκ τῆc cτάcεωc παραcύρων
ἐφόρει τὰc δρῦc eqs.

simul enim κἀκ correxi, quoniam non credibile videbatur παραcύρων cum solo genetivo coniungi. istis autem admissis emendationibus non iam erit cur quis vituperet hanc sententiam:

und sodann des Kratinos gedenkend, wie der, von gewaltigem beifall geschwellt einst,
durch die ebnen am meer hinflutete oft und vom standort, streifend dran hin nur,
fortführte die eichen usw.

ἐφάλων autem in ἀφελῶν facillime corrumpi potuisse concedet qui saepe confusas esse meminerit voces Μυτιλήνη et Μιτυλήνη, Χαλκηδών et Καλχηδών, Βάκαλεc et Κάβαλεc, μῦθοc et θυμόc, λαβεῖν et βαλεῖν, de quo confusionis genere copiose ut solet Ungerus egit in electis criticis p. 3 sqq.

Gothae. Otto Schneider.

46.

ZU EURIPIDES PHOINISSAI.

χρόνῳ δ' ἔβα Πυθίαιc ἀποcτολαῖcιν
Οἰδίπουc ὁ τλάμων
Θηβαίαν τάνδε γᾶν.

man hat diese stelle meines erachtens misverstanden und deshalb in ihr einen widerspruch mit dem von Iokaste v. 31 ff. erzählten gefunden. dort nemlich heiszt es, Oidipus habe sich nach Delphoi begeben, um das orakel wegen seiner eltern zu befragen, sei unterwegs mit Laios zusammengetroffen, habe ihn im streit erschlagen und des getöteten wagen seinem pflegevater Polybos überbracht. später, als Kreon dem, welcher das räthsel der Sphinx lösen werde, die hand der Iokaste versprochen habe, sei er nach Theben gegangen

und habe den preis errungen. da ein dem Oidipus in Delphoi erteiltes orakel nicht erwähnt wird und dieser umstand bei seiner wichtigkeit doch kaum verschwiegen werden konnte, und da ferner Oidipus, der ja seine wahre abstammung nicht kannte, nach empfang der unheilvollen weissagung sicher nicht zu Polybos zurückgekehrt wäre: so hat man mit recht angenommen dasz nach der von Euripides hier gegebenen darstellung Oidipus gar nicht in Delphoi gewesen, sondern schon auf dem wege dahin dem Laios begegnet und nach dessen tötung wieder nach Korinth oder Sikyon gegangen sei nun aber wird in der oben angeführten stelle gesagt, Oidipus se nach Theben gekommen Πυθίαις ἀποστολαῖσιν, durch pythische entsendung oder, wie dies erklärt wird, durch entsendung aus Pytho daraus scheint hervorzugehen, dasz er infolge eines in Delphoi erhaltenen orakels sich nach Theben gewendet habe, und so haben meines wissens denn auch alle gelehrte im anschlusz an die scholiasten diese stelle verstanden. um den dadurch entstehenden widerspruch zwischen den genannten stellen zu heben, hat Valckenaer (zu Phoin. 44) eine spätere zweite reise des Oidipus nach Delphoi auf welcher er den orakelspruch erhalten habe, angenommen. doch dem steht die nichterwähnung dieses der erwähnung bedürftigen umstandes entgegen. andere, wie Schneidewin (abh. der Göttinge ges. d. wiss. 1852 s. 203), glaubten jenen widerspruch der unachtsamkeit des Euripides zuschreiben zu müssen, der verschiedene formen der sage vor augen gehabt habe. indessen wäre es doch eine starke, ja fast unbegreifliche nachlässigkeit, wenn Eur. das, was e im prolog der Iokaste in den mund legt, später vergessen, und wenn er einen wichtigen punct, worin er sich zudem eine änderung de sage erlaubt hatte, im weitern verlauf des stückes wieder ander dargestellt hätte, eine nachlässigkeit die wir dem dichter, falls sich andere auswege darbieten, nicht aufbürden dürfen.

Nun aber lassen sich die worte Πυθίαις ἀποστολαῖσι, wie ich glaube, auch in anderer weise auffassen. erinnern wir uns daran wie die Oidipussage in der gestalt, welche sie durch Pindaros und noch mehr durch die tragiker erhielt, der verherlichung des pythischen Apollon und seiner göttlichen weisheit im vergleich zu de menschlichen kurzsichtigkeit und blindheit diente, wie Oidipus selbst fast nur als ein werkzeug in der hand des gottes erscheint, von dem er, ohne es zu wissen, geführt und geleitet wird, so wird der dichter auch ohne an ein bestimmtes orakel zu denken, wol haben sagen können dasz Oidipus Πυθίαις ἀποστολαῖσι nach Theben gekommen sei, ja dasz er alles was er that gethan habe Πυθίαις ἀποστολαῖσι durch entsendung des pythischen gottes, dh. auf antrieb und durch die führung Apollons. dasz dies auch die auffassung des Euripide ist, sehen wir aus stellen wie v. 871 und 1612—1614, wo die blendung, welche Oidipus an sich vollzog, als durch einen gott veranlaszt hingestellt wird.

Darmstadt. Hermann Geist.